



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Scientia naturalem, & liberam prouidentiam cum mediorum electione
constituens, atque huius conditio explicatur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN II.

Scientia naturalem, & liberam providentiam cum mediorum electione constituens, atque huius conditio explicatur.

Diximus scientiam, quæ providentiam quantumvis constituit, electionis quâ natura præsumit, quæ directivam esse debere: idque ita probavimus q. 1. à certam. 2. & maxime certam. 3. vt vltierus supponendum sit, non probandum. De electionis vero conditione agendum hic tantum est non de natura, quâ, & finis intentionem essentia sua supponit, cum ad medium inquisitionem, si non præsto mentis adfuit, & occurrentiam ad conclusionem de ipsâ, & iudicium ferendum de potiori, securiorque ad finis confectionem, si ex tota, quâ potest intentionis ferietate eligendum sit: tum denique ad electionem medium ipsam, quæ absque finis intentione esse non potest. De electionis ergo conditione solum hic agitur, & breviter quidem. An scilicet efficax esse debeat medium, quæ eligit, voluntas, & electio? an satis sit esse inefficax desiderium saltem ferium, quod tamen absolutum efficaciam non pertingat; quemadmodum de intentione, & desiderio diuino salutis omnium, etiam reproborum, ferium, ac non peremptorium esse ostendimus controu. de volunt. non tamen absolute efficacem, immò neque salutis prædestinatorum per merita liberæque actus obtinende intentionem Dei quantumvis feriam ex parte Dei, seu quatenus in ipso est, efficaciam absolutam pertingere non posse ostendimus controu. 7. de prædicatione ex acti principio controu. de voluntate. Breuiter ergo vt dixi, & ex omnium sententia dico electionem medium, quâ providentia constituitur debere esse absolute efficacem, & medium effectuum non satis esse efficaci remissiorum, & lægiorum, quantumvis eam infra absolutam efficaciam feriam adstruas. Ratio est: quia quantumvis quis desideret media, dummodo ea absolute non apponit, res exterius non gubernat, nec disponit ad finem: ergo, quousque ea efficiat veluti apponere, non prouidet de mediis ad finem. Ne verò putes providentiam vltra efficaciam electionis absolutam medium eligendum efficaciam requirere, vt non nulli hallucinari videntur: potest vera providentia electione medium sufficientium quidem, non autem efficacium constitui, vt facis insinuauimus hæcenus, & hac controuersia de voluntate d. de affectibus Dei creaturarum prosequentiis.

2. De scientia verò electionis directiua (et esse debet, quæ providentiam constituit) explicare oportet; quantum ex scientiis simplicis intelligentiæ, ac visionis electionis, cum quæ providentiam constituit directiua sit: & visionis mediour, ac effectuum scientiam esse non posse, & diximus, & de se patet: cum mediæ, & effectus ipsa absolute sequentes, absolutam electionem, & scientiam eius directiua; quare & providentiam, adæquate constituant supponant, quarum affectus absoluti sunt. De scientia ergo simplicis intelligentiæ, & mediæ (quæ solum restant) potest esse disputatio, cuius definitio præ omni specie providentiæ nequit esse prorurs eadem. Quare de providentia naturali, & necessariæ ex parte obiecti, siue, quæ de causis, & effectibus naturalibus, & necessariis habetur, scorsim, & de obiectivæ libera, seu, quæ erga agētia libera liberorum effectus versatur, scorsim etiam definiendum erit: vira ex eis scientia electionis mediour, seu agendorum ad finem rei, cui providetur, cum eiusmodi electione providentiam essentialiter constituit: & quidem scientiam simplicis intelligentiæ, cum de possibilitate finis, & mediour, & agendorum omnium ad finem ad veritatem providentiam præsupponi, certum, constan-

que apud omnes est: cum vera, seriatim suis intentionibus, quæ ad omnem providentiam essentialiter supponuntur, incognita suis possibilitate concipi, habereque ad se non possit: immò neque ab homine, nisi possibilitas suis existimetur (saltem per errorem) ea vero possibilitas per scientiam simplicis intelligentiæ à Deo cognoscitur: simili ratione probatur scientiam de modorum eorumque conducentiæ ad finem intentum possit, debere electionem ipsorum, & lubidine providentiam, debere, vt minimum, præcedere: quia electio modorum, & agendorum ad finis consecutionem, non transiret, seriatim ipsorum voluntas, sed absolute effluxit et: hæc incognita eorum possibilitate haberi nequit: & hæc quædam apud Theologos omnes communia sunt, acque indubitata.

3. Lis ex eo apud scholasticos ea sola esse potest, vtræ ex eis scientiis simpliciter intelligentiæ, & conditæ ex eis providentiæ naturali, & necessariæ, & liberæ ex parte obiecti, sit explicuimus, proximè, & immediatè, seu vltimo directiua ad electionem mediorum, & agendorum ad præintantum finem sit, vtrum ex eis ipsa, quam proximè, & vltimo dirigit, promouenda essentiam (vt diximus quæstione prima, cæteris quæstio-) constituat? An pro vtraque providentiâ sola simplex intelligentia sufficiat? vel sola scientia media, vel altera ex his pro altera, altera vero pro altera sola sit factis? In hac vero quæstione dicendum primo cum omnibus Theologis est, in providentiâ naturali, seu necessariâ ex parte obiecti, solum scientiam simpliciter intelligentiæ de possibilitate mediorum, & agendorum, & conducentiæ ipsorum in finem esse immediate proximè, & vltimo directiuam electionis: ac subinde, iuxta nostram sententiam, contra aliquot Thomistas, & nostrum Ruz, probatam quæstione 1. fere tunc cum sola scientia essentiam providentiæ naturalem cum electione per ipsam directam continere. Ratio est: quia respectu mediorum naturalium, ac et ipsorum agendorum in providentiâ pure naturali, ex parte obiecti necessaria, & mediourum adiutus, conducenti ad finem naturalis, ac necessaria, & nunquam in- differens ad vtrumvis est, neque agendum sine effectum aliquid est liberum: atqui respectu casualis naturalis, & necessario operaturæ, atque agendorum, seu effectuum non liberorum sola datâ scientia simpliciter intelligentiæ pro priori ad ipsorum electionem & executionem absolutam: ergo ea sola est directiua immediate proximè, & vltimo ad mediorum, & agendorum electionem, vt finis obituncatur.

4. Dices: tota determinatio adfuturæ, & agendæ causarum naturalium, medium, & agendum ex providentia hac naturali obiectivè subditur arbitrio Dei, qui pro libito potest eis concurrens ex parte sua ad effectus edendos denegare, vt. sæpe causis naturalibus denegauit: idque posterius natura ad naturalem electionem, & absolutam positionem, quorum absolutam existentiam, concensus diuini exigentiam absolutam expectat, & prouidet absolute, vt cum ipsi concurrere annuat absolute, vel renuat: ergo ea sua scientia simpliciter intelligentie de possibilitate medi-
orum, & causarum naturalium nequit immoderè & vltimum ad illorum electionem procedere; sed debet pariter etiam eiusmodi electioni naturalium medium, & agendorum scientia conditionata de decreto concurrens de libero Dei, si ea naturalia media adhibentur. Respondetur: providentiam pure naturalem, & ex parte obiecti necessariam ex intentione effectus finis absoluti semper à Deo haberi: quia intentione ad ea omniopotentia necessaria sunt ex parte ipsius ad finem obtinendum: stando antecedenti necessitate tunc cum actum eis necessarius lib. electis, & positis absolute: & deum illis currendis, & concursus Dei cum illis necessariis sunt: cum Deo liberum decretum concurrenterque subditur: potest electionis medium ex ea intentione haberi, cuius contingens conditionatè est Dei decretum, & concursus eius negotio: his ex providentia naturali pure abstracta aliquem finem apponenda, si eam finis intentione ex parte naturalis, & necessaria ex parte obiecti prouidit, & medium electio habet effectus absolute vocat: non potest aliter iam illam intentione finis esse: negare non potest.

quo autem pacto seria finis intentio erit, si id sine quo finis obtineri absolute nequit, quæ in sua tantum voluntate, & potestate est, præstat nolit, & apponere: nempe decretum concurrendi? quare ex seria illa intentione finis nequit non ad decretum concurrendi cum causa naturali antecedenter necessitari: ne intentio illa non seria, contradictoria esse possit, quæ supponitur, atque essentia sua seria est: sicut ex seria intentione salutis reproborum, ex qua auxilium, scilicet sufficiens, confert, & decretum concurrendi ex parte sua apponere, ob eandem rationem tenentur: quia ex parte actus primi sublati, auxilium sufficiens non est, neque consensus ad salutem necessariis in potestate absoluta voluntatis.

7. Dicendum est secundò: ad providentiam liberam ex parte obiecti ortam ex intentione divina seria finis liberæ à creatura rationali, siue agente creato libero obtinendi (non tamen seria tota ferietate, quæ Deus finem liberæ à creatura obtinendum, seu quemvis liberum eius actum, citra efficaciam adhuc potest intendere) sola eriam scientia simplicis intelligentiæ immediatè proximè, & vltimò directiva electionis mediatorum sufficiens est; & cum hac æquo eiusmodi providentiam constituit. Hanc conclusionem non video ita apud Doctores expressam, immò, cum de providentia vniuersim erga actus liberos disputant, & solam prædestinationem (quæ perfectissima providentia est) attendunt, conclusioni huic aliquoties scientiam mediam admittunt sæpè videntur aduersari scientiam mediam esse directivam electionis mediatorum in omni providentia libera ex parte obiecti ex intentione finis, seu actus liberi à creatura obtinendi, vel supponentes passim, vel obiter asserentes, ut videre est in nostro Ruiz: tamen, tam hic, quam ceteri, cum de providentia erga reproborum salutem agunt nostre generali huic doctrinæ in illa specie providentiæ suffragantur. Ceteris fuit magis quæ ex instituto nostre huic conclusioni aduersatur. Hæret noster de providentia d. 2. cap. 3, à numero 27, ubi ad divinæ providentiæ perfectionem spectare vniuersim, & absolute ait, præstat, quid ex medio, quod eluctus ad intentum finem, præstat, quicquid est, euenit. Si donec: unde & imperfectam fore Dei providentiam, quæ eiusmodi conditionata præscientia ad electionem mediatorum non dirigitur. Sed tamen cap. 7. numero 60. §. Respondeo ad nostram doctrinam, (sicut & alii), se recipit: negans electionem medij sufficientis in non prædestinatorum providentia haud quaquam scientia media dirigi, ac regulari.

6. Probat conclusio nostra vniuersim, quia seria, ac vera absolute intentio Dei de actu libero nostro, seu huius alio per actum liberum nostrum obtinendo, satis habet, si talis intentio sit, ex qua moueri possit, de faciliq; moueatur Deus ad eligendum, præstandum, quæ nobis in medium, ut possimus, atque nostre absolute potestatis sit actum intentum à Deo elicere, seu intentum alium ab ipso finem per liberum nostrum actum obtinere: atqui ad huius medij electionem sufficit prædictio, & directio solius scientiæ simplicis intelligentiæ, nec potest præcedere, & dirigere scientia media, seu conditionata de eo, quod libere à nobis euenit, aut fiet, si tale medium nobis donetur: ergo sola scientia simplicis intelligentiæ, non autem media de eo, quod euenit, atque à nobis fiet, si illud media nobis præstetur, providentiam liberam ex ea intentione ortam constituit. Maior probatur: voluntas enim finis de se motiva electionis medij apti ad eius consequentem, non est complementaria de pura possibilitate finis (adhuc in scientia nobis constituta contraria de voluntate complementaria Dei in rerum possibilitate pura) sed existentis finis remuneratione persensorium, solum desiderium, & intentio. Minor probatur primò: quia medium sufficiens tantum ad finem, quæ sufficiens solum, dicit possibilitatem actum efficiendi, quatenus ex parte eius est, cum voluntate, cui donatur actum liberum, & eo medio finem vltiorem, si finis vltior intentus à Deo est, ac subinde possibilitatem passiuam actus liberi, seu finis vltioris intenti, ut eo medio præstito à voluntate fiat: atqui sola scientia simplicis intelligentiæ cognoscitur à Deo eiusq; voluntati proponitur, ut eligat hæc, & omnis possibilitas

obiectorum creatorum, atque eorum existentiam, quæ esse, vel operari possunt, quod intendit, decernat: ergo sola scientia simplicis intelligentiæ non autem conditionata de eo, quod à voluntate nostra fiet, ac eueniet, si medium illud sufficiens donetur, directiva est electionis medij sufficientis & improvidentiæ habita ex eiusmodi intentione.

7. Confirmatur eadem minor: quia ad electionem medij solummodo sufficientis, quæ talis, nulla scientia media conditionati contingit futuri sub illo potest dirigere, & inducere voluntatem Dei serio intendentis actum liberum nostrum, vel finem ipso vltiorem: sed nulla scientia (ea exclusa) potest antecedere, dirigere ac inducere voluntatem Dei ad medij sufficientis, quæ talis electionem, præter simplicis intelligentiæ: siquidem scientia visionis, quæ restat non ante, sed post medij electionem est: ergo sola scientia simplicis intelligentiæ est directiva, & inductiva voluntatis Dei ad electionem medij sufficientis ad actum liberum, seu vltiorem finem à Deo intentum, quæ talis. Maior probatur efficaciter: quia scientia media futuri contingit sub eo medio sufficienter nulla est de actu libero futuro sub illo: quia sub medio illo, non est futurus, alioqui non sufficiens solum medium, sed efficax foret: immò idè sufficiens solum est, quia actus sub illo futurus non est. Sola ergo scientia conditionata futuræ negationis actus liberi seu vltioris finis intenti sub eo medio sufficienti, siue quod sub eo medio actus liber, & vltior finis intentus non erit Deo (cuius scientiæ falsitas repugnat) adesse potest: atqui hæc nequit dirigere, & inducere voluntatem ad eius medij, sufficientis solum, electionem: quin immò eam ab eius electione prolixè retraheret, si præcederet: ergo nulla scientia media contingit conditionati potest dirigere, & inducere Dei voluntatem ad electionem medij, sufficientis solum, ad actum liberum, seu vltiorem finem verè, ac serio præintendunt. Antecedens, seu minor proximè subsumpta probatur: quia implicat eum, qui verè ac serio intendit, ac desiderat, ut aliquid sit dirigi, ac induci ad medij alius electionem ex certa, & infallibili scientia, quod sub illo medio non erit: ita enim, atque ex ea scientiæ eligens electione ipsa tenderet, ut non esset, quod præintenderat verè, ac desiderauerat: serio, ut esset, intentione ipsa, ex qua ad eius electionem mouebatur: vaficque, ex industria, & data opera, procuraret, ac disponeret, ut non esset, quod intendere se iactabat illusoris, & circulatoris vicio, ingenuo homine (necum Deo optimo) indignissimo. Confirmatur denique eadem minor & postremus hic discursus in eius confirmationem instructus: quia ob rationem, & absurda in eo contenta quicunque scientiam mediam inuenit Doctores, Deum scientia media non futuri consensus reprobi in finalem penitentiam, vel consensus peccatoris in actum prauum sub conditione medij, seu auxilij solummodo sufficientis quod ei confertur ad illud eligendum, & conferendum dirigi, ac induci minime posse, vel peccatoris, & reprobi salutem verè non intendere nec serio desiderare aiunt: sed potius perditionem, ad quam ex eius media illud apponit, sciensque, & volens ex industria, dataque opera procurat.

8. Dices: hæc eadem inferri, etsi Deus, non ex scientia media non futuri actus liberi, seu vltioris finis intenti sub conditione medij sufficientis solum à se eligendi, & creaturæ rationali præstandi, illud absolute eligat & præstat. Negari quippè nequit, eam scientiam conditionatam de non futuro consensu libero sub illo medio, si præstetur, adesse absolute Deo, cum illud eligit, & nihilominus ea scientia, posita etiam vera intentione consensus liberi, à sufficientis illius medij electione non retardatur: quin seria Dei intentioni, & vero desiderio consensus nostri liberi, seu vltioris finis aduerletur, ergo nec, si ea scientia dirigatur electio medij sufficientis, cum præfata intentione ac desiderio pugnet. Nec satisfacies, si dicas: eam scientiam non adesse Deo formaliter sumptam pro priori ad electionem sed solum materialiter, sicut reliqua diuina, scientiæ simplicis intelligentiæ directivæ electionis illius, identificata, ut scientia visionis, & aliorum conditionatorum scientiæ, immò, & impenitentiæ, æternitatis, omnipotentia, &c.

Li 2 quæ

